Quelle:
Copyright:

" potest, ne legam institutionum libros, quos contra gentes
" scripsit fortissime? Qui de ira Dei quoque et opificio
" duo volumina edidit, quem quisquis legerit: dialogum Ci-
" ceronis ex scriptum reperiet."
" Audi ergo quod Lactantius, vir poetarum et philoscpho-
" rum notitia, et Ciceronis facundia, sed etiam qua
" cuncta transcendit, catholica religione clarissimus, primo
" suarum institutionum libro ait: Nesciunt quis sit li-
" centia poetica modus: quousque progredi fingendo liceat.
" Lactantius Firmianus, et ipse vir magnus in eo libro,
" quo Gentilium erroribus exarmatis, fidem nostram,
" quantum quivit, armavit, omnemque hanc Deorum
" scenam mirabili et laudabili curiositate detexit. In
" eo opere angusto atque alüs sequentibus viam fecit.
" Quomodoque multa de prima Deorum inventione dis-
" ruisset, sic adjecit: Denique ipsi reges, quomodo cui
" fuissent üs, quorum vitam composuerant."

De Lactantio vid. Dupin in Biblioth. nouv. des auth. ecclest. T. I. pag. 324. Pope Blount in cens. celebr. auth. pag. 256.

2.

2. S. Fl. Tertulliani Apologeticus.

228a–270b

Q. Septimü Florentis Tertulliani Apologeticus adversus gentes, qui incipit: " Si non licet vobis" cl. Promittitur duplex de Tertulliano testimonium S. Hieronymi, primum est: Tertullianus presbyter, quod dedit in Catal. Scriptor ecclesiast. alterum: Quid Tertulliano eruditius cl. quod habetur in S. Hieronymi Epist. ad Magnum, oratorem Rom. ubi de script. christ.

De Tertulliano, ejusque scriptis vid. Dupin Nouv. Bibl. des aut. eccl. T. I. pag. 90. et segg.